



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Metropolis Salisbvr gensis

Continens. Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum  
Collegiatarum, &c. per Boiarum, ac loca quædam vicina

**Hund, Wiguleus**

**Monachii, 1620**

Additiones.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13591**

Heinrico, Præfecto Ratisbonen. non iure beneficij, sed defensionis gratis; ita vt sine voluntate Abbatis nullum ibi placitum habeat, & de singulis prædiis Monast. solummodo modium auenæ exigat, &c. Item vt Abbas aliquem ex Ministerialibus Episcopi eligere valeat, qui Monasterio rebelles seruitores & rusticos compescat, &c. Acta sunt hæc Ratisbonæ, anno 1143. Confirmat hoc Conradus Episcopus, referens integrum tenorem præcedentis diplomatis, & quod Comes Gebhardus omnibus iuribus, quæ vel aduocationis, vel feudi nomine in Ecclesia Pruelensi & eius redditibus habebat, liberè renunciauit, &c. Extant diplomata ibi, postremum sine dato.

ELECTVS est autem Conradus Episcopus, anno 1186. Vide Catalogum illorum Episcoporum.

ALBERTVS Dux Bauariæ, dictus sapiens, eiectis Benedictinis, propter vitæ dissolutionem Carthusiensibus tradidit, auctoritate nimirum Apostolica, Anno 1484. Initium huius ordinis ponit Iohann. Auent. lib. 5. Annalium fol. 581.

### ADDITIONES.

Vide in Episcop. Ratisbonen. supra, sub Embrichone Episcopo, in addit. pag.

**W**ir Friderich von Gottes gnaden Römischer Keyser/ zu allen zeiten/ mehrer des Reichs/ zu Hungern/ Dalmatien/ Croatien/ re. König/ Herzog zu Osterreich/ zu Steyr/ zu Khernten/ vnd zu Crain/ Herr auff der Windische Marck vnd zu Portenau/ Graue zu Nabsburg/ zu Tyroll/ zu Phyrt/ vnd Kyburg/ Margraue zu Burgaw vnd Landtgraue in Elsas. Bekennen öffentlich mit diesem Brieff/ vnd tuen khunt allen denen die ihn sehen oder hören lesen. Das für vns khommen ist der Ersam Geistlich vnser lieber Andächtiger N. Abbt des Gottshaus zu Prül/ vnd hat vns einen Vermansken Brieff/ von Weitendt vnserm Vorfahren am Reiche Keyser Conraden löblicher Gedächtnus/ außgegangen/ fürbracht/ der von Wortte zu Wortte hernach geschriben steet/ vnd lauttet also. In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Conradus* diuina fauente clementia Romanorum Imperator semper Augustus. Si Ecclesiarum Dei loca, alicuius doni incremento sublimare studuerimus, nobis nostrique regni statui id proficere minimè diffidimus. Quapropter omnium Christi fidelium præsentium scilicet ac futurorum nouerit vniuersitas, qualiter nos diuini amoris instinctu pro remedio animæ nostræ ob interuentum & petitionem *Heinrici* Regis filij nostri, nec non venerabilis Episcopi *Egilperti*, sed & *Reinperti Pruelensis* Abbatis eidem Abbati suoque Monasterio in honore sancti *Bartholomæi* Apostoli constructo atq; dedicato omnem illum agellum suo Monasterio contiguum. In villa & erga villam quæ oim *Gensstat* dicebatur, videlicet infra confinia trium viarum, quarum vna de *Ratispona* ducit ad Austrum, contra vineas in *Issing*: Altera de eadem ciuitate ducit ad Austrum & occidentè in sublimem montem, vsque ad veteres tumulos. Tertia de eisdem tumulis contra orientem ducit ad præfatas vineas. Omnem illum agellum intra præscriptas vias positum nostroque Iuri pertinentem in pago *Tunckarvv*, in comitatu *Ottonis* exceptis triginta iugeribus cum omnibus pendiciis eius, viis & inuis, cultis aut incultis, exitibus aut redditibus, quæstis siue inquirendis, seu cum omnibus quæ quolibet modo vtilitatibus dici aut scribi possunt, per hanc nostram imperialem paginam concedimus atque largimur, & de nostro iure ac dominio in eius ius & dominium transfundimus ea videlicet ratione, vt si quis *Ratisponen.* Ecclesiæ Episcopus quod absit idem Monasterium destruere, vel Monachorum vitam inibi violare præsumperit, præscriptus agellus ad regales redeat manus, sin autem firmum & inuiolatum præscriptum Monasterium per-

manferit,

manserit, iam dictus Abbas *Reinpertus* sui que successores liberam potestatem habeant, exinde quicquid eis placuerit faciendi ad eorum vtilitatem Ecclesie omnium hominum videlicet contradictione remota. Et vthac nostrae donationis auctoritas stabilis & inonuulsa ita permaneat hoc pceptum inde cōscriptum manu propria corroborantes, sigillo nostro insigniri iussimus. Signum Dñi *Conradi* Romanorum Imperatoris inuictissimi, \* Cancellarius vice *Burdonis*



Archcapellani recognouit. Datum secund. idus Februarij, Anno incarnationis Dominica Millesimo tricesimo sexto, Indictione quarta, Anno vero Domini *Conradi* secundi regnantis duodecimo. Imperantis autem Nono. Actum *Augustae* feliciter. Amen.

Vnd vns darauff diemittigselich angeruffen vnnnd gebetten/ das wir im seinen Conuent vnd Gottshaus den selben Brieff/ mit sammt allen vnd jeglichen Gnaden/ Freyheiten/ Rechten/ Brieuen/ Priuilegien alten herkhomen/ vnd gueten gewonheiten so sein Vordern vñ er von vns/ vnd vnsern Vorfaren am Reiche Römischen Keysern vnd Khünigen redlich erworben vnd herbracht hetten/ in allen vnd jeglichen jren stuckhen artickhen/ Clausen/ wortten/ meinungen vnnnd begrieffungen/ als Römischer Keyser zu confirmirn vnd besetzen gnedigselich gerüchten. Desß haben wir angesehen sein demütig bitte/ auch den löblichen Gottesdienst/ so tägliche/ an vnderlas in dem genannten Gottshaus zu Deul/ mit Andacht volbracht wirdet. Vnd darumb mit wolbedachten mut/ gueten Rathe/ vnd rechter wissen/ demselben Abbt seinem Conuent vnd Gottshaus/ den oberärzten vnser Vorfaren Keyser *Conradus* Brieff mit sammt allen vnnnd jeglichen andern jren Gnaden/ Freyheiten/ Brieffen/ Priuilegien/ Rechten/ Gerechtigkeiten/ alten herkhomen vnd gueten gewonheiten/ in allen jren wortten/ Clauseln/ puncten/ meinungen/ inhaltung vnnnd begrieffung/ in aller maß als ob die alle vnnnd jede besonder von wort zu wort in disem vnserm Keyserlichen Brieff geschriben weren/ als Römischer Keyser gnedigselich Confirmirt vnd besetzt/ Confirmirn vnd besetzen in die auch von Römischer Keyserlicher macht wissenlich in crafft dis Brieffs/ was wir in von recht oder auß Gnaden daran zu confirmirn vnd besetzen haben. Also das sie vnd jhr Nachkhomen sich der nu hin für zu ewigen zeiten strewen/ gebrauchen genießten vnd gentslich dabey bleibe sollen vñ mügen vñ allermeigentlich am seinen Rechten vnergrifflich vñ vnschiedlich. Vnd gebieten darauff allen vnnnd jeden Fürsten/ Geislichen vñ Weltlichen Grauen/ Freyan/ Herrn/ Rittersn/ Knechten/ Hauptleuten/ Ambtleuten/ Vögten/ Pflegern/ Verwesern/ Burgernmeistern/ Schultheissen/ Richtern/ Räten/ Burgern/ vnd Gemeinden/ vnd sunst allen andern vnsern vnd des Reichs Vnderthonen vnnnd Getrewen Ernstlich vnd versigselich mit disem Brieff/ das si den vorgeannten Abbt sein Conuent vnd Gottshaus an dem obgeschribnen vnsern Vorfarn Keyser *Conradus* Brieffe auch allen andern jren Vorberierten Gnaden/ Freyheiten/ Brieffen/ Priuilegien/ Rechten/ Gerechtigkeiten/ alten herkhomen/ gueten gewonheiten/ vnnnd diser vnser Confirmation vnnnd besetzung/ nicht hindern noch jren. Sonder si der berüblichen gebrauchen genüßten vnnnd gentslich dabey bleiben lassen. Als lieb in allen vnd jeglichen sey vnser vnnnd des Reichs schwere vngnad/ vnd verliesung einer pen/ nemblich vierzig Marck löttigs goldes zu vermeiden/ die ein/ jeglicher so hiewider thete verfallen sein soll. Halb in vnser Keyserliche/ Cammer vad den andern halben theil den vorgeannten Abbt Conuent vnd Gottshaus vnablesig zu bezahlen. Mit vhrhundert dis Brieffs mit vnserm Keyserlichen Waisstätt anhangenden Insigel besiget. Geben zu Wien am Montag nach Michels Tag. Nach Christi Geburt vierzehnhundert vnnnd im ems vnnnd sibenzigstett.

zigisten. Unser Reich des Römischen in zwei vnd dreissigsten / des Kaiserthums in  
zweinszigsten vnd des Hungarischen in dreyzehenden Jahren.

Ad mandatum proprium  
Domini Imperatoris.

**I**nnocentius Eps servus servorum DEI, ad futurā rei memoriā. Prouisionis no-  
stræ debet prouenire subsidio, vt ius suū cuilibet conseruetur. Hinc est q. nos  
tenorē quarundā litterarum felicitis recordationis *Sixti* Pape IV. prædecessoris  
nostri in Regno ipsius prædecessoris repertū pro eo q. sicut exhibita nobis nuper  
pro parte dilecti filij & Nobilis viri *Alberti* Comitis Palatini *Rheni* altæ & bassæ  
*Bauariæ* Ducis petitio continebat ipse huiusmodi tenore ex certis causis nosci-  
tur indigere de Regno ipso de verbo ad verbum transcribi, & ad ipsius *Alberti*  
Ducis supplicationis instantiam præsentibus annotari fecimus, qui talis est.  
SIXTVS Episcopus seruus servorum DEI, dilectis filiis *Præposito* in *For-  
cheim Bambergem*. Diocœsis & Decano veteris Capellæ *Balthasari Hundertysnuck*  
Canonico *Ratisponen*. Ecclesiarum salutem & Apostolicam benedictionem.  
Ex superna prouidentia maiestatis Romanæ Pontifex in apostolicæ dignitatis  
specula constitutus circa Monasteriorum & aliorum locorum ecclesiasticorum  
statum in melius dante Domino comutandum, prout ex debito sibi pastoralis  
incumbit officij diligenter prospicit & intendit ac illorum statum ad diuini pro-  
pagationem cultus alerari interdum mandat prout rerum pensatis circum-  
stantiis in Domino conspicit salubriter expedire. Sane pro parte dilecti filij  
Nobilis Viri *Alberti* Comitis Palatini *Rheni*, altæ & bassæ *Bauariæ* Ducis nobis  
nuper exhibita petitio continebat, quod cum dilectus filius *Christophorus* Ab-  
bas Monasterij in *Prül Ratisponen*: Diocœsis ordinis sancti *Benedicti* olim exigen-  
tibus eius malo regimine & dilapidatione bonorum eiusdem ab illius regimine  
& administratione ordinaria auctoritate dudum amotus & demum aliquot  
annis effluxis eodem Monasterio per quendam presbyterum sæcularem: si-  
mili auctoritate illius curæ præfectum ad bonum statum, quoad fructus,  
redditus & prouentus, reducto ad regimen & administrationem, prædicta  
eadem auctoritate restitutus fuisset, Monasterium, ipsum iterum ad malum  
statum, deduxit, & timens vt creditur visitari ab eodem Monasterio rece-  
dens & illud pro derelicto habens ab eo aliquandiu absuit, prout adhuc  
abest de præsentibus, eiusdem verò Monasterij pauci Monachi, vt pote ad dedu-  
cendum in dicto Monasterio regularem, & exemplarem vitam, inhabiles &  
inexpertus ad alia, Monasteria seu regularia loca sunt translati & eiusdem  
Monasterij curam iterum cuidam presbytero sæculari dicta auctoritate com-  
missa extitit, cuius opera fructus, redditus, & prouentus præfati non modi-  
cum susceperunt incrementum, adeo vt ad sustentationem decentis numeri  
personarum sub regulari obseruantia viuere violentum sufficere credantur.  
Et, quod, sicut eadem petitio subiungebat, cum in partibus illis sit non paruus  
defectus monachorum dicti ordinis, saltem regularis obseruantia & exempla-  
ris vitæ existentium, si Monasterium ipsum fratribus *Cartusien*. ordinis concederetur  
pro eorum domo & perpetua habitatione, existente illius prospero & scæ-  
lici regimine cum diuini cultus & deuotionis populi ad illud augmento anima-  
rumque salute oportune consulere. Quare pro parte dicti Ducis nobis  
fuit humiliter supplicatum vt in dicto Monasterio Abbatialem dignitatem, ac  
nomen & titulum Monasterij, ordinemque prædictum extinguere & illud dicto

*Cartusien.* ordini & illius fratribus pro eorum domo iuxta eorum ritus & mores perpetuo regendum & gubernandum concedere aliasque in præmissis opportunè providere de benignitate apostolica dignæmur. Nos igitur qui votis per quæ regularium locorum quorumlibet statui & indemnitatibus animarumq; saluti consulitur libenter annuimus eaque fauoribus prosequimur opportunis dicti monasterij statui providere volentes, vt tenemur huiusmodi supplicationibus inclinati discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus vel duo aut vnus vestrum in dicto monasterio, cuius fructus, redditus, & proventus centum quindecim Marcharum argenti, secundum communem existimationem valorem annum vt dictus Dux asserit, non excedunt Abbatialem dignitatem ac nomen & titulum ordinemque prædicta auctoritate nostra penitus suppressatis & extinguatis, ac illud cum omnibus iuribus & pertinentiis suis dicto *Cartusien.* ordini & illius fratribus pro eorum domo iuxta eorum ritus & mores ac regularia eiusdem *Cartusien.* ordinis instituta perpetuo regendum & gubernandum dicta auctoritate concedatis, ac fratres dicti *Cartusien.* ordinis & si nobis ac dicto Duci visum fuerit expedire præsertim in domo *Nurembergen.* dicti ordinis *Cartusien.* degentes ad ipsum Monasterium transferatis & illud de fratribus prædictis *Cartusien.* ordinis reformetis ac eisdem fratribus vt ad illud sic se transferre & illud pro eorum domo iuxta eorum ritus mores & regularia instituta perpetuis futuris temporibus tenere & inhabitare liberè & licitè valeant præfata auctoritate concedatis, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis; nec non Monasterij & ordinum, prædictorum, iuramento, confirmatione apostolica vel quauis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus contrariis quibuscunque, seu si Abbatibus & Monachis præfatis vel quibusuis aliis communiter vel diuissim à sede apostolica indultum existat, quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Data Romæ apud sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo octuagesimo tertio, vndecimo Kln. Nouembris, Pontificatus nostri anno tertio decimo. Cæterum vt earundem litterarum tenor prædictus sic insertus omnimodam rei seu facti certitudinem faciat, apostolica auctoritate decernimus, vt illud idem robur eamque vim eundemque vigorem dictus tenor per omnia habeat, quem haberent originales litteræ supradictæ, & eadem prorsus eidem tenori fides adhibeatur quandounque & vbicunque siue in iudicio siue alibi vbi fuerit exhibitus vel ostensus & eidem tenori firmiter stetur in omnibus sicut eisdem originalibus literis staretur si forent exhibitæ vel ostensæ. Per hoc autem nullum ius cuiquam de nouo acquiri volumus sed antiquum tantummodo conseruari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis & voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Data Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, Quadringentesimo, octuagesimo septimo, decimo septimo Kalend. Iunij, Pontificatus nostri anno tertio.

A. de Urbino  
Pervua

P. de Baschenis.

P. Turba.

## PRYFENING, ALIAS BRVFLING.

SVpra Ratisponam ad confluentes Danubij & Navi, fundatur per sanctum Ottonem, Episcopum Bambergensem, Pomeranorum Apostolum, an. 1109. Cum verò locus ille Monast, ad Canonicos veteris Capellæ pertineret, S. Otto alterius prædij, permutatione locum illum obtinuit, eiectis deinde secularibus Canonicois, substituit Præmonstraten. an. 1122. Hic Otto Episcopus dedit castrum suum & vicum in Abach, cum pertinentiis, quæ S. Henricus antea Ecclesiæ Bambergensi dederat. Destructum est castrum per Ottonem Episcopum, ne rursus à Principibus Bauariæ occuparetur, qua re parum profecit. Nam Ludouicus Dux alia largitus prædia Cœnobio, arcem restaurauit & occupauit. Auent. in Annalib. fol. 3. 614. 660.

PRIMVS Abbas illius Monasterij S. Erchamboldus, ex Hysfaugiensi Monast. ascitus, ob. ann. 1121. sub Haréuico Episcopo Ratisponensi.

## ADDITIONES.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis Otto Dei gratia Babenbergen. Ecclesiæ Episcopus octauus. Quoniam exhortationis propheticæ instructæ monition. dicere: Eripite pauperem & egenum, de manu diripiente eum liberate, locum cellæ nostræ in Pryseringen apud ripam Danubij à nobis diuina prouidentia, nouiter in honorem S. Georgij martyris Christi patroni nostri constructum pauperè proch dolor & egenum de manu diripete eum omni quo possumus studio liberare intendentes, ipsum ab omni iugo seu iure Aduocatiæ, & ab omni Aduocato perpetua concessione instituto, perpetuis temporib. liberum esse decernimus & sancimus. Vnde & præsentib. scriptis in ciuitate Dei sub obtestatione districti eius iudicij, interdici<sup>m</sup>, præcipim<sup>m</sup>, inhibem<sup>m</sup>, ne alicui successorum nostrorum Episc. Regum, Principum, aut Abbatum, dicto loco aduocatum vel subaduocatum pperua concessione præficere liceat, nisi qui ad voluntatem & petitionem Abbatis, & fratrum ibidem Deo militantium, pro tempore necessarius, simplici commissione ab Episcopo Bambergens. prouideatur, sola contentus irremuneratione diuina & duobus boccis hyemalib. Præcauendum autem eidem prouisorio decernimus ne infra septa cellæ vel extra in aliquo locorum possessionum eiusdem placitum aut collectum hominum habeat, nec exactioem aliquo modo faciat, seruiicia quoque nulla requirat, nisi que fratrib. sibi ex charitate impendere placeat. Nulli grauis extra vel infra petition. aut violentia, sibi existere liceat, ordine iudiciario conquisita ad Abbatis dispenset voluntatem. Præcaueat etiam ne ipsum Abbatem aut officiales Monasterij in aliquib. iudiciis siue dispensationib. in bonis Ecclesiæ suæ coartare præsumat, nisi aliquid per eos ad ipsum deuoluatur, aut si causa vel furtum aut homicidium spectare videatur. Tunc enim de reo non de reb. se intromittere debet. Sed oia illius mobilia & imobilia Cœnobio illa se referuentur. Nulli tamen sibi nec alicui mortalium qualicumq. modo reo aut proscripto infra cellæ ambitum manum iniicere liceat, sed procuracion. fratrum ad locum securam extra septa deducatur. Hanc etiam constitutionem ab omnibus Ecclesiæ aduocatis, qui ab antiquis temporib. in bonis eiusdem à nobis vel à quocunq. alio collatæ aut in futurum Deo prouidete conferendis constituti esse videntur, inuolabiliter obseruari, Dei, & nostra decernimus autoritate, illis firmiter præcipientes, vt deputata sibi summa contenti, nullum exactiois gramam, petitionem aut violentiam hominib. ipsius inferre præsumant. Ipsas etiã Aduocatas nulli aduocatorum infeodare obligare aut vedere ex integro aut p partes, omnino liceat, nisi fore ad